



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

De modis euadendi pœnas purgatorij in hac vita adhibendis. Cap. XI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

S. Carolus Boromæus tale sibi vitæus Epitaphium posuit: Carolus Cardinalis etc. S. Præxedis Archiepiscopus Mediolanensis, frequentibus Cleri populique devoti semineis sexus precibus commendatum se cupiens, hoc loco monumentum sibi elegit.

S. Teresia in sine prologi foundationum, Ab eo, inquit, quicumque hac legerit, Salutationem Angelicam peto, ut per eam inierit a purgatorio exeundum. Et in sine mansionis 7. Vos obsecro, ut quotiescunque hac legeris, meo nomine Maiestatem eius maxime per te dilaudetis, ab eoque Ecclesia ipsius incrementum, Hæreticorum illuminationem, mihi verò peccatorum meorum remissionem, & a purgatorio ereptionem liberationemque postuletis. S. Ludovicus Galliarum Rex, inter alia quæ Philippo suo filio in mandatis dedit, id in testamento suo posuit: Sub sinem hortor & adiuro te, Fili mi, ut si mihi contigerit ante te migrare ex hac vita, ut toto Regno Francia pro anima mea cures offerri Deo præces & Missæ sacrificia.

S. Ephrem ante mortem: Hortor vos, inquit, ut loco suavis aromatum odoris, vestris me adiuvetis orationibus, in ipsis continue meæ memoriam faciatis. S. Gregorius in Plal. 3. pœnit. Quia illum transfurorum ignem omni tribulatione præfenti æstimo intolerabilem, non solum in furore æternæ damnationis opto non argui, sed etiam in ira transeuntis timore correptione purgari. Non mirum quia, ut sensit Cardinalis Bellarminus, vix vlli iusti homines, nisi ex magnâ misericordiâ Dei, pœnam purgatorij acerbissimam evadunt, ita ut rectâ ex corpore ad cælum evolent. Et ita ipse, in litteris ad me tunc Cracoviz manentem, datis 24. Iunii, tribus mensibus ante suam mortem, propriâ manu scriptis, uti humillimus & modestissimus, hæc formalia verba Italice scripsit: Si R. V. me amat, duo mihi impetret à Deo, felicem mortem, & breve purgatorium. Et cum paulò ante suam mortem, vultasset eum R. P. N. Generalis Mutius, eumque nomine Cardinalis Vrsini, Braciani tunc manentis, saluasset, dixissetque Cardinalem Vrsinum sperare, quòd D. Sua Illustriss. rectâ esset itura ad cælum, sanctus Cardinalis respondit: Ego verò hanc spem non habeo. Ita vir humillimus & Deo plenus, difficilem putabat ad cælos rectum sine morâ purgatorij ingressum.

Li. de amill gratia c. 13. fin.

de deo vlti

de deo vlti

de deo vlti

de deo vlti

c. 38. vitc.

Sanè S. Teresia de se, scribit: Quamvis multarum animarum statum mihi Dominus reuelare dignatus sit, ex omnibus tamen quas vidi, animabus, nescio an vlla purgatorium evaserit, præterquam Religiosi illius, de quo paulò ante verba feci, & Sancti Patris F. Petri de Alcantara, nec non illius Dominicani, cuius supra memin. Sed post hoc tempus vidit postea multos ad cælum rectâ euntes. Et quod mirabilis est, (etsi omnino falsum) nullum fuisse à purgatorio liberum, etiam ipsos Apostolos, senserunt quidam antiqui Doctores, Origenes, Augustinus, Hilarius. Qui etiam immeritò Beatissimam Virginem Mar-

Orig. in Pl. 3. & h. 4. in Lucam.

riam illud transisse insinuant, nisi fortè velint dicere, transisse illud sine vilo sensu pœnarum, ut inde quamplurimas liberaret animas, quòd diuinitus concessum fuisse etiam aliquibus Sanctis, legimus in historiis Ecclesiasticis, De S. Francisco id scribit Pisanus, & Marcus Vlyliponenfis. De S. Laurentio Martyre idem scribit S. Gregorius Turonensis, qui ait S. Laurentium Martyrem singulis feriis sextis, liberare vnam animam è purgatorio. De S. autem Francisco citati auctores scribunt, probante Luca Wadingo accurato Historico, id esse acceptum ex reuelatione: eum, nimirum semel in anno descendere ad purgatorium, & inde extrahere animas eorum, qui sub suis militarent institutis. Leonardus Albertus in vitâ Alberti Magni, scribit meritum eius sex millia animarum à pœnis purgatorij liberata. S. Antoninus ait vifam animam cuiusdam Minoritæ duas animas è purgatorio eduxisse. Surius recenset Coletam Virginem magnâ gloriâ relucentem, ab Angelis in cælum ductam, multis eam sequentibus animabus, quas suis meritis & precibus è purgatorij pœnis liberauerat. Et Lyduinam, seu Liduigem, adhuc viventem ductam in spiritu ad loca tormentorum, liberasse à grauissimis pœnis, animam cuiusdam Sacerdotis, idem Surius scribit. Hoc ergo modo Beatissima Virgo Maria potuit transisse purgatorij locum sine vlla pœnâ, sed ut illud euacueret & animas omnes inde ad cælum secum transferret.

Aug. de Plal. 36. & 118. Hilari. in illud Plal. 118. Consequitur an. mea de Plal. 7. p. 2. Conf. 3. Mar. 2. p. 4. c. 29. Gr. de land. 8. Lan. Wad. 74. An. Chr. 1371. nec. 28. An. 22. 24. cap. 9. 5. it. Sur. 6. Mart.

Sur. 14. Apr. in rita Lidu. p. 3. c. 1.

Hier. in cap. 7. Amos. La. 1. 1. 2. in 1. c. 17. Si Bell. 1. de purg. c. 1.

cap. 7. A. mos. La. 1. 1. 2. in 1. c. 17. Si Bell. 1. de purg. c. 1.

CAPVT VNDECIMVM.

De modis euadendi pœnas Purgatorij in hac vita adhibendis.

Modi abolendi in hac vita pœnas peccatis debitas, & purgatorium euadendi sunt hi:

Primò, opera iusti, quæ sic enumerat Concilium Tridentinum: Si quis dixerit, pro peccatis, ubi ea vobis ad pœnam temporalem minimè Deo per meritum Christi satisfieri pœnis à Deo inflictis, (hoc est, vt c. 9. dixerat, temporalibus flagellis, seu tribulationibus)

136. Et c. 13. & 16. cap. 14. cat. pia spiritualis vitæ c. 9. vitæ c. 9. c. 14.

bus) & patienter toleratis; vel à Sacerdote iniunctis (dixerat autem cap. 9. Sacerdotis arbitrio, promensurâ delicti, impositis) sed neque sponte susceptis, ut ieiuniis, Orationibus, Eleemosynis, vel etiam aliis pietatis operibus, anathema sit.

137. Per quæ vltima verba (saluo meliore iudicio) Concilium videtur docere, per ea quoque pietatis opera, quæ non sunt pœnalia; pœnas peccatis quoad culpam remissis debitas aboleri. Cum enim sacrum Concilium, præter triplicia opera pœnalia (plures enim species operum pœnalium non sunt in hac vitâ) scilicet, à Deo iniuncta, à Confessario iniuncta, & sponte suscepta, dicat etiam alia opera pietatis satisfacere pro peccatis, & hæc, contra distinguat ab illis triplicibus operibus pœnalibus; videtur manifestè dicere, etiam non pœnalia opera, si sint opera pietatis, habere vim satisfaciendi pro peccatis, & pœnas peccatis remissis debitas abolendi.

16. Reu. cap. 39. Confirmo hanc sententiam Primò, Christi Domini responso dato B. V. Mariæ, audiente S. Brigittæ. Cum enim B. Virgo Maria petiisset à Christo Domino, quomodo minui possent pœnæ Purgatorij; Inter alios modos, hunc quoque esse dixit diminutivum illarum pœnarum: Non est aliquid minimum verbum, nec etiam minima cogitatio ad honorem meum cogitata, sine remuneratione: quia omnia quæcumque quis fecerit pro me, in pœnâ suâ inde habet refrigerium, inde solatium, inde levorem, sicut ardo rem, quam aliter pensaret. Ergo etiam non pœnalia verba, opera, & cogitationes, sunt minuentes pœnas purgatorij, quia sunt inter illa minima, quæ Christi D. iudicio, dicta sunt hanc vim habere.

16. Reu. cap. 66. Confirmatur secundò eadem sententia aliis Christi Domini verbis ipsi S. Brigittæ dictis postea: Nam docens eam novem modos, quibus homines à purgatorio liberantur, ponit etiam opera non pœnalia. Modi autem à Christo recensiti sunt hi: primò, Passio eius, secundò immolatio Corporis eius, (scilicet, Missa) tertio Preces electorum in celo, quarto opera bona que sunt in Ecclesiâ sanctâ, (ergo etiam non pœnalia, quia etiam non pœnalia sunt in Ecclesiâ sanctâ) quinto preces bonorum viventium in hoc mundo, sexto Eleemosyna de bonis iuste acquisitis, & si restituantur ea que sciuntur malè acquisita, septimò labor iustorum, qui pro salute animarum peregrinantur, octavo indulgentiâ à Pontificibus concessâ, nonò penitentia aliqua pro animabus assumpta.

16. 11. Confirmatur tertio eadem sententia Sermone Angelico dicto S. Brigittæ, in quo Angelus ei dixit, vnam ex causis, ob quas non oportuit B. Virgini gustare post mortem spiritualem amaritudinem, (quæ est etiam pars pœnarum purgatorij) fuisse, quia Maria desiderabat suâ voluntate veram dulcedinem, hoc est Deum, vel eius Divinas consolationes. Tale autem desiderium non est pœnale, saltem in B. V. Mariæ pœnale non fuit, sicut nec in aliis sanctis pœnale esse solet.

Confirmatur quarto eadè sententia aliis Christi verbis, qui dixit S. Brigittæ, ex iustitia quodammodo Deum teneri, præservare hominem à purgatorio, ob opera quædam non pœnalia. Hæc, inquit, est iustitia mea, quod quicumque habet Divinam charitatem ad me, & omni desiderio desiderat me, cupiens esse mecum; & separari à me, isto talis, sine pœna tenetur habere calum. At cui Deus dat talem charitatem, & tale desiderium, dat prorsus sine vllâ pœnalitate, sed plenam gaudium, & animi solatio, cum quo non potest consistere pœnalitas operis talis, qualem dicunt necessariam esse in operibus pœnalibus, ut sint satisfactoria.

Confirmatur quinto eadem sententia certa relatione Romæ impressâ in vita B. Mariæ Magdalænæ de Pazzis, Urbano VIII. dicatâ, huic sanctæ facta; quæ cum vidisset Monialem sui Ordinis Carmelitanam, per sexdecim dies in purgatorio detentam, euntem ad cœlum, divinitus intellexit, ei fuisse pœnas purgatorij ablatas, tres ob causas (quas fuisse in eâ pœnales, & esse in se, saltem omnes, nemo dixerit.) Prima erat sollicita cura, quam semper habuit conservandâ puritatem, & simplicitatem suæ Religionis. Secunda, magna charitas, quam omnibus Monialibus exhibebat. Tertia, mos semper omnia in bonam partem trahendi, & benè interpretandi.

Confirmatur sexto eadem sententia, doctrina dialogi tradita à Deo Patre S. Catharinæ Senensis: Amabimus in purgatorio providi, quod vos qui nunc estis in corpore viventes, eas ad vivere potestis, Eleemosynis, ieiuniis, orationibus, & aliis piis operibus, (inter quæ etiam sunt non pœnalia) in statu gratiæ factis.

Confirmatur septimò autoritate S. Cypriani, qui suos excitans ad satisfaciendum Deo pro peccatis lapsorum, monet, iustus operibus incumbere, quibus peccata purgantur. Atqui etiam opera non pœnalia, sunt opera iusta; ergo & illis peccata purgantur. Et alio in loco, allata illa sententia Eccl. 3, 33. Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatum; Hic, inquit, ostenditur, & probatur, quia sicut lauacro aqua salutaris (hoc est, baptismo) gehenne ignis extinguitur; ita Eleemosynis atque operibus iustis, (qualia sunt etiam non pœnalia) delictorum flamma sopitur; scilicet, commissorum post susceptum baptismum, ut supra expressè dixerat.

Et addit, Et quia semel in baptismo remissio peccatorum datur, assidua & iugis operatio, (ac proinde, etiam non pœnalis, quia non sunt omnia opera pœnalia, quæ assidue fiunt) baptismi instar imitata, Dei rursus indulgentiam largitur.

Et infra, hoc dicit esse doctrinam divinitus traditam; Magisteria divina docuerunt, operationibus iustus Deo satisfieri, misericordiam meritis peccata purgari.

Atqui etiam non pœnalia opera, sunt opera iusta; ergo & per non pœnalia, Deo satisfit, & peccata purgantur.

1.1.d.70.
c.2.n.9.

Confirmatur octavo; autoritate Theologo-
rum idem sententium: Omne opus, inquit Vaf-
quez, hoc ipso quod bonum est, & meritorium vite a-
eterna, habet aliquam rationem satisfactionis, vt omnes
scholastici fatentur, & suo loco vberius ostendemus.

Tan. t. 4.
d. 6. q. 8.
num. 44.
Cai. t. 1.
Opusc.
tr. 6. q. 1.
Sor. d. 19.
q. 2. a. 1.
Vic. in
Summâ
num. 202.
Nauar.
cap. 2. 6.
Suar. t. 4.
in 3. p. d.
37. l. 6. §.
Assertio
tertia.
Led. q. 14.
a. 2. du. 2.
Med. tr.
3. q. 4.
l. de Arca
& Noë
cap. 23.
f. 47. in
Cant.

Idem docet Tannetus, citatque pro hac sen-
tentia præter Vasquezium, etiam Caietanum,
Victoriâ, Nauarrum, Valentiam, & ait à Suario
haberi pro probabili, vti verè habet. Idem te-
net Ledesma, & Medina.

Hæc scripta sunt à me copiosè tres ob cau-
sas; Primò, vt excitarem lectorem ad frequen-
tiam bonorum operum, & assiduam, nec vn-
quam intermissam (quantum per vitæ huius
conditionem possibile est) eorum frequenta-
tionem, ostensa in iis etiam vi satisfaciendi pro
peccatis, non solum merendi, & impetrandi. Vt
in hac Collectione annuâ excitetur voluntas ad
facienda perpetuò bona, & vt monet S. Ambro-
sius, Quando finit aliquod opus, non quasi consumma-
to opere finiat, sed in alia recurrat opera, & semper
incrementa virtutis exerceat: quandoquidem videt,
quod in fructus suos semper terra reuocetur, qui diuer-
si, aut vere, aut æstate, vt in partibus Orientis, aut æsta-
te autumnus, nascantur, vt in partibus Occidentis. Le-
ctulus enim respersus floribus, vt ait S. Bernardus,
conscientia esse debet bonis repleta operibus, nequaquam
sufficit semel vel secundò operari, quod bonum est, nisi
incessanter addas noua prioribus, quatenus semmans in
benedictionibus de benedictionibus & metas. Alioquin
iacet & marces flos boni operis, atque in breui, omnis
ex eo, & nitor exterminatur, & vigor si non aliis atque
aliis superiectis pietatis actibus continuè reparatur.

Secunda causa, me mouit ad hanc rem dili-
genter tractandam, vt mouerem lectorem ad
amandum teneriùs filiali amore Deum, qui no-
stris etiam minimis & vilissimis operibus piè
factis, in beneficium nostrum indidit omnem
illam vim salutarem, quæ indi potuit: scilicet,
non tantum meritoriam, & impetroriam, sed
etiam satisfactoriam. Nolle enim hoc, certò ex-
citat ad filialem erga Deum affectum, apud
quem, vt ait S. Chrysostomus, iustificacionum
mercedem non amittimus, licet vilissima sint, que sunt.
Ostendit hoc Deus S. Gertrudi Virgini Benedi-
ctinæ tali similitudine: Sicut iurarius auarus in-
uitus negligeret, si saltem vnum denarium lucrari pos-
set: sic ego, qui delicias meas statui habere in te, multò
inuitus permitterem mihi vnum cogitatum, siue mo-
tum extremi digiti tui, propter me factum; sic perire,
quod ipsum, in summam laudem meam, (ac proinde,
etiam in satisfactionem pro peccatis, quæ ad
plenam Dei laudem spectat) conuerterem ad tuam
salutem æternam; Cuius magna est remora, neces-
sitas satisfaciendi Deo pro remissis peccatis &
obligatio, pœnas pro illis in hac vel in alterâ, vel
in vtraque vitâ luendi.

Tertia causa, ob quam id fusè explicauit, est, vt
præmunerem lectorem ad non credendum iis
Authoribus, qui vim satisfaciendi solis operi-

1. Cor. 9.
h. 27. ad
pop. col.
7.
l. 5. c. 54.
Infin. diu.
piet.

bus pœnalibus inesse docent, & citantur à
Suario.

Quibus, etiam si non essent alij Doctores,
oppono S. Thomam, qui disertè docet id quod
asserui. Nam cum de tribus illis ordinariis ope-
ribus pœnalibus, oratione, ieiunio, & eleemo-
sina, esset locutus, subdit: *Ista tria, ponuntur quasi
præcipua mortuorum subsidia, quamuis, quæcumque al-
ia bona quæ ex charitate sunt, pro defunctis; (ergo
etiam non pœnalia) eù valere credenda sint.*

Quamquam dubium non est, opera pœna-
lia, siue res quæcumque molestas vel corpori,
vel animo, patienter pro Deo toleratas, habere
magnum vim ad satisfaciendum Deo pro pec-
catis commissis, & ad euadendas pœnas omnes
purgatorij. De molestiis corporis ad hoc præ-
standum idoneis, multa extant in historiis Ec-
clesiasticis. Propterea benè dixit S. Gregorius
Papa: *Mala Lazari purgavit ignis inopia, & bona
diuitis remuneravit felicitas vitæ præsentis. Illum pau-
peritas afflixit, & terxit; istum abundantia remunera-
uit, & repulit. Quicumque ergo in hac vitâ benè habe-
tis, cum vos bona egisse recolitis, valde in eis pertine-
cite, ne concessa vobis prosperitas, eorundem remunera-
tio sit bonorum, & cum pauperes nonnulla reprehensi-
bilia perpetrare conspiciatis, nolite despiciere, nolite de-
sperare, quia fortassis, quos superfluitas tenuissima gra-
uitatis inquinat, caminus paupertatu purgat. Ideo-
que meritò paupertas voluntaria Martyrium
appellatur à sanctis: Chrysost. h. 23. ad pop. & h.
11. in c. 6. Hebr. Bern. l. 1. de omnib. SS. B. M. Ma-
gdalena de Pazzis 2. p. vit. c. 12.*

De molestiis animi varia exempla extant.
Præclara huius rei adfert exempla duo Car-
dinalis Bellarminus libro de 7. verbis Christi in
Cruce, ostendentia vnum è modis euadendi
pœnas purgatorij.

Primum est, de S. Engelberto Archiepiscopo
Colonienfi, qui quoniam dum volutaretur in suo
sanguine, 47. vulneribus affectus ab occisoribus suis, &
iam moriturus esset, percussoribus suis medullitus igno-
uit ita dicens: *Pater ignosce illis; propter hunc sermonem
tam potens effectus est apud Altissimum, vt non negetur
ei quicquid ab illo petierit, & anima eius subitò ab An-
gelis suscepta & in cælum delata; ac inter Choros
Martyrum collocata est, & ipse ob eandem condona-
tionem, multus post obitum claruit miraculis, quem
admodum ipse dæmon, Deo veritatem facti
cogente, fassus est, & scribitur à Cæsario Mo-
nacho in vitâ S. Engelberti scripta ad S. En-
gelberti successorem apud Surium 7. Nouem-
bris.*

Alterum huius rei exemplum adfert Bellar-
minus, relatum à S. Gregorio Papa; quod S. Gre-
gorij verbis malo refert: *Duo, inquit, sunt Mar-
tyrij genera, vnum in mente, aliud in mente simul &
actione. Itaque esse Martyres possumus, etiam si nullo
percutientium ferro trucidemur. Mori quippe à perse-
quente martyrium in aperto opere est: Ferre verò con-
tumelias, odientem diligere, martyrium est in occulta
cogita-*

4. in 1.
p. di 17.
6. in 2.
in 4. d. 41.
q. 2. a. 3. ad
h. 40. in
Euang.
138.
l. c. 1.
l. c. 16.
l. 1. de 7.
verb. c. 10.
Gr. h. 11.
in Euag.

cogitatione. Et cum talem fuisse Martyrem S. Ioannem Euangelistam dixisset, subdit: Et nos hoc exemplo, sine ferro esse possumus Martyres. si patientiam veraciter in animo custodimus. Quod hoc confirmat exemplo: Fuit in diebus nostris quidam, Stephanus nomine, Pater Monasterij iuxta Reatinam Urbis membra constituti. vir valde sanctus, virtute patientia singularis. que in eo vehementer excreuerat, ita ut cum sibi amicum crederet, qui sibi molestia aliquid irrogasset: reddebat contumelias gratias: si quod in ipsa sua inopia damnatum fuisset illatum, hoc maximum lucrum putabat: omnes suos aduersarios, nihil aliud quam adiutores aestimabat. Hunc cum dies mortis egredi de corpore virgeret, aliqui qui conuenerant, ut iam sancta anima de hoc mundo recedenti suas animas commendarent, corporis oculis ingredientes Angelos viderunt. Ecce, fratres charissimi, seruata patientia ad quantum hunc retributionis culmen euexit. Quibus hunc credamus, nisi sanctus martyribus sociatum, quem attestantibus corporeis quoque oculis, a beatis spiritibus constat esse susceptum: Nullo iste gladio percussus occubuit, & tamen coronam patientia, quam in mente tenuit, in egressione percepit.

Quocirca beatum te reputa, dum aliquam patens iniuriam, vel potius molestiam: quia recto iudicio, id pro iniuria habendum non est, quod te instat martyrij ad rectum sine purgatorij remora perducit ingressum in caelum. Nam, ut scribit S. Iudorus Pelusiotus, Si leuius ac ferendus & sanabilibus peccatis admisus, acerbi aliquid in hac vita perpetuatur, hac ratione peccatorum maculas abstergeamus. Quod sane agnouisse etiam Senecam scribit Lactantius, dum tradidit Deum suorum labeculas vexationibus & castigationibus eluere. Ideo ob iniurias illatas noli petere vllam compensationem aut satisfactionem: noli quaerere vllam eius, qui te aliquid affecit molestiam, punitionem: noli conquiri coram ipso, aut coram tuis aequalibus: noli exprobrare ei qui tibi extitit molestus, sed age Deo gratias, tanquam pro insigni munere: ama tales amicos & adiutores pro facili in caelos ingressu, beneficiis affice, tanquam martyrij palmam per eos assecutus. Nam, ut ait S. Cyprianus de maledicis Ecclesiae infestis, id quoque tibi dictum puta: Quod in illis est, homicidae sunt tales apud Deum. Et cum nobis semel moriendum sit, illi tamen & odio & verbis & delictis suis quotidie perimunt. Merito ergo S. Iohannes Climacus dixit: Beatus, qui propter Deum quotidie maledictis & conuiciis lacepsus, sibi vim fecerit. Hic enim cum martyribus tripudiantibus, & Angelis, parem confidentiam & gloriam merebitur. Hinc S. Augustinus, Aptauit, inquit, Deus Ecclesiam sibi, non habentem maculam aut rugam, & ideo continuis orationibus, & frequentibus ieiuniis, & largioribus elemosynis, & praecipue per indulgentiam eorum qui in nos peccant, assidue peccata redimuntur.

140. Porro quam difficile sit per bona opera satisfacere pro peccatis singulis, & quam multa sint bona opera facienda, ut satisfiat Deo of-

fenso pro singulis offensis, declarauit ipse Dominus S. Gertrudi, que cum petisset a Domino, Quam emendationem maxime acceptares pro qualibet offensa: Tunc intellexit Dominum acceptare si in honorem SS. suorum membrorum dicerentur 225. Pater noster, & totidem opera charitatis proximis exhiberentur, ob reuerentiam illius qui dixit: Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis; in vniuersum illius amoris quo Deus homo factus est pro nobis, & totidem contentie inanum & inutilium delectationum, ipsius Diuina delectationi offerrentur: & quam ineffabilis est misericordia Dei amatoris nostri (subdit S. Gertrudis) qui talia a nobis tantopere acceptat, immo & remunerat oblata, que si non offerrentur, vltis pena condigna iuste sequeretur, scilicet, vel hic, vel in purgatorio luenda, ob offensas peccatorum commissorum.

Secundo, eadem pena abolerentur per bonum vltum Sacramentorum, praesertim SS. Eucharistiae, & ut sacrificium est, & ut Sacramentum est. Prodest enim etiam ad abolitionem poenarum tam suscipientis (tanquam Sacramentum) ea iusto, quam alteri iusto seu viuo seu mortuo, pro quo tanquam sacrificium offertur.

Extat pulchrum huius rei exemplum in historia Ordinis Praedicatorum: Cum Frater Iuodardus vnam cuiusdam Fratris stantis in habitu sordido & peregrino, & quareret quis esset: Respondit seiq; ego sum Frater talis, qui nuper obiit, & se in durissimam poenam esse debere per quindecim annos dixisset: Iuodardus cum dies illuxisset, cepit offerre Deo hostiam salutarem pro illo, quam cum consecratam in manibus teneret, dixit Domino: Domine Iesu Christe, si Soldanus Babylonia teneret captiuum in vinculis, & Camerarius eius qui 20. annis seruauisset ei pro seruitio suo dictum captiuum peteret dari, Soldanus ei de facili non negaret: Domine non es durior Soldano: Camerarius tuus sum, per multos iam annos, deuote tibi seruuius, tenes captiuum illum dilectum fratrem meum, igitur pro seruitio meo peto illum mihi dari a clementia tua. Cumq; verba ista cum multis lachrymis pluries inculcasset, post multas lachrymas, Missam finiuit. Sequenti vero nocte stans in oratione luoni, post matutinas, apparuit ille Frater in habitu candido & praclaro, dicens: Bene sum per gratiam Dei, petisti enim me a Domino, & dedit me tibi, & iam liberatus a purgatorio, vado ad societatem spirituum beatorum, & hoc dicto statim disparuit. Tantum valet vnus serui Dei Missa vna, deuote dicta, si fuerit oblata Deo a seruo, qui multis annis deuote Deo seruauit, ut possit vnica Missa multorum annorum poenas deletas abolere. Inducant hanc suam benignitatem Christus Dominus S. Gertrudi: Attende minutam formulam Hostie, in qua totam Deitatem & humanitatem meam tibi exhibeo, & confer quantitate illius cum quantitate humani corporis, & inde aestima dignationem benignitatis meae: quia sicut hominum corpus excedit in quantitate corpus meum, id est, quantitate speciei panis, sub qua est corpus meum, sic misericordia & charitas mea, trahit me in hoc sacramento, ut sinam amara-

Q9 3

13. ep. 101.

13. in fl. cap. 23.

139. Cyp. l. 1. ep. 3. seu 11. g. 4.

141. de sanctis. de anim. in pug. 4.

1. 3. c. 12. In fin. dit. pier.

Matr. 25.

141. 6.

par. 5. c. 4.

1. 3. c. 17. in fin. dit. pier.

rem animam aliquatiter praualeat mihi, sicut corpus humanum in quantitate corpus meum.

142.

3. P. q. 79.
a. 5. & a. 7.
ad 1. & q.
82. a. 6.

Qua in re diligenter notanda est certa Sancti Thomae doctrina, dicentis, Eucharistiam, dum ut Sacramentum sumitur, sumenti, per se, (scilicet ex opere operato) non conferre remissionem vel diminutionem poenae temporalis, sed per concomitantiam, ratione deuotionis seu feruoris, quem in sumente excitat. Eucharistiam verò dum ut sacrificium offertur, in offerente & in aliis, pro quibus offertur, per se (scilicet ex opere operato) minuere vel remittere poenam temporalem. Verumtamen per eam, & ut Sacramentum, & ut sacrificium est, non remitti totam poenam (et si eam posset remittere) sed iuxta quantitatem deuotionis & feruoris, cum quo offertur ut sacrificium, vel sumitur ut Sacramentum, excitans in sumente actum charitatis per quem remittitur haec poena. Ideò danda est opera, ut cum quam maximo fieri potest feruore, sumatur in sancta Communione à Fratribus Eucharistia, & à Patribus dicatur Missa, si volunt à tota poena peccatis remissis debita liberari, & effugere poenas grauissimas purgatorij post mortem. Nam & extra Sacramenta, peccata venialia per feruorem purgantur, ut alibi docet S. Thomas.

1. 1. q. 89.
a. 1. ad 3.

Quod confirmari potest, praclaro responso

143.
1. 5. c. 18.

Domini, dato cuidam in Insinuationibus Diuinae pietatis factis S. Gertrudi Virgini Ordinis S. Benedicti: *Quamuis, inquit, animabus multum profuit quicquid sit pro remedio earum, in vigiliis, carerisq; orationibus: tamen multo plus valet eis, cum ex affectu, & paucis quinque verbis oratur pro eis. Sicut si aliquis habens lutosas manus, si frequenter super eas aquam funderet, tandem mundarentur, cum lutum liqueferet, & cum aqua deflueret; si verò violenter eas lauaret, etiam modica aqua contentus, citius mundarentur; sic sciendum est, quod supra multas lectas vigiliis & orationes alias, maiorem habet effectum vnum verbum ex affectu ardenti oratum, & multo maiorem obtinet relaxationem animabus, quam si multum pro eis esset lectum tepido corde. Huc spectat quod scribit Marcus Vlyssipontensis in secunda parte Chron. S. Francisci, quendam Fratrem Ordinis S. Francisci ex pacto apparuisse cuidam Minorite Sacerdoti, & rogatum dixisse, Se esse in purgatorio, ob peccata irae. & quia in vita non estimabat suos Fratres, & sine respectu quodam reuerentiali tractabat. Cum autem interrogatus esset ab eodem Patre, num Missa à se pro eo dicta eum inuissent, respondisse; se quidem ab eis adiutum, sed si dicta fuissent cum maiore feruore & deuotione, multo plus adiunissent.*

1. 4. c. 34.

Simus ergo feruentes, ut dum viuimus, hoc feruore nostra peccata & eorum poenas exuramus. Bona charitas, inquit S. Ambrosius libr. de Isaac c. 8. habens alas ignis ardens, qua volitant per peccata & corda Sanctorum, exurit quicquid materiale atque terrenum est; quicquid verò sincerum est, probat, & quod contigerit, suo igne meliorat.

144.

Tertiò, Poenae purgatorij abolentur & euaduntur à iustis, dum indulgentias à Romanis Pontificibus concessas lucrantur. Ea enim & viuentibus profunt, & defunctorum animabus, dum per modum suffragij iis applicantur. Sicut & communio ex opere operantis prodest etiam aliis tum viuis tum defunctis, dum pro illis ab eo qui communicat, offertur, ut bene docet Suarez. Quia tamen ex Historiis Ecclesiasticis certis constat, multos Religiosos, (et si habeant indulgentiam plenariam pro peccato mortis, dicentibus ore vel saltem corde, nomen sanctissimum Iesu concessam) non euasisse diuturnas poenas purgatorij, etiam si omnibus Sacramentis deuotissime susceptis obierint, idè qui poenas illas vult euadere, ante mortem summo cum feruore faciat omnia opera Ordinariae vitae facit, eaque speciali oblatione Deo offerat, ob finem aliquem supernaturalem, & conetur peccare rarissime & lenissime, & admissa peccata statim abolet modis in sancta Ecclesia vltimis, scilicet confessione, contritione, amore Dei, odio peccati, oratione peccatorum venialium remissionem postulantem, denique quouis actu virtutis, quo stante, homo non peccaret, quia repugnat peccato, & vocatur à Theologis *virtutis penitentia*. Hac ratione enim euaderet purgatorij poenas, ut & per continuum in virtutibus profectum. Pro qua re notandum est praclarum exemplum, quod legitur in libro virorum illustrium solitudinis Villariensis de Beato Godofredo: *Recordare, quòd cum olim esses iunior, Gloria Virgo Maria per te tibi nuntiabat, dicens: Frater Abunde, dic Fratri Godofredo, ut proficiat de virtute in virtutem, si & erit Filius mei & meus Monachus. & cum migrauerit anima eius à corpore, non dimittam eam venire in purgatorium, sed suscipiam eam & offeram Filio meo. Quod sanè doctrina Theologica confirmari potest. Qui enim seridè & accuratè attendit semper suo spiritali in virtutibus profectui, peccata omnia, praesertim deliberata, valde vitat, & raro ea committit, ob qua sola itur ad purgatorium, & alia opera supernaturalia satisfactoria facit plurima quotidie, quibus abolentur poenae debita pro peccatis, immò & pro thesauro indulgentiarum Ecclesiae multa relinquunt. Et ita omnes illi serui Dei, quos scimus ex eorum vitis rectè iuisse ad caelum post mortem sine purgatorij poenis, rarissime peccabant, & feruentissime omnia opera sua peragebant, uti & illi, quibus Deus reuelauit, dum viuerent, eos ad caelum rectè ituros post mortem sine vllis purgatorij & sensus & damni poenis. Nam, ut bene post alios Theologos scripsit P. Platus, Pontificia poenitentia, quanquam ea amplissima sit, quibusdam tamen terminis restringitur. Nam & causam aliquam existere oportet, & quidem iustam, & aequalem indulgentiae, & deinde opus etiam aliquod coniungi oportet, aptum ad satisfaciendum, atque hoc etiam eiusmodi, ut proportionem aliquam, peccatis qua relaxantur respondeat.*

11498

Itaque si alterutrum desit, vel non valet indulgentia, vel tantum valet, quantum est pondus illius causa & illius operis: quae quoniam hominum iudicio atque estimatione metienda sunt, facile, ut in rebus obsecris fieri potest, ut vel tota laebet indulgentia, vel certe ex parte; maxime, cum etiam in iis operibus, quae iniuncta sunt, exequendis, multum peccari possit negligentia & incuria.

145. Sanè memini dictum mihi olim à sanctæ memoriæ Cardinali Bellarmino, ad consequendum indulgentiarum effectum, opera iniuncta pro consequendâ indulgentiâ, debere esse illi proportionata. Exempli gratia: (hoc exemplum acciuit) pro consequendâ una quadragesima indulgentiarum, debere præmitti ieiunium peculiare 40. dierum & pro indulgentia plenaria, non esse satis dicere, *Quinque Pater & Ave*, vel aliquid minus. Hæc sanctus & doctus ille vir mihi dixit, dum esset Cardinalis, & habitaret in Palatio S. Petri, prope Paulum V. qui eum pro consiliis prope se habitare voluit. Ideo olim pro Defunctis valde caro affligebatur viuorum.

B. Petrus Damiani Opusc. 14. Illud silentio præteriri dignum esse non ducimus, quia cum frater quispiam ex nostris obierit, vnusquisque pro eo 7. dies ieiunat, 7. disciplinas cum milleis scoparum icibus accipit, septingentas metanacas facit; 30. insuper Pfalteria ex more decantat, continuis quoque 30. pro eo diebus, Missarum solemnia specialiter celebrantur. Hæc igitur huius loci regula, nulla voti varietate postponitur: hæc consuetudo circa defunctos districtè à prioribus & iniuolabili semper obseruatione tenetur. Si quis autem fortè Nouitius vel quomodolibet morte presentis inuinctam penitentiam consummare non potuit, mox ut ad Fratrum notitiam res patefacta peruenit cum magno fenore tota penitentia, parili factâ inter eos diuisione suscipitur, & quantalibet sit, breui spatio pro diuersos afflictionum modos ouanter expletur.

149. Quarto, B. Maria Magdalena de Pazzis suis Virg. Ce. Monialibus suadebat & inculcabat ut omnes actiones paruas internas & externas, sacerent purè ad placendum Deo & ob gloriam eius, si fieri posset, etiam ictus oculorum, & minimos motus membrorum, dicens, eum qui sic faceret, iurum rectâ ad calum sine purgatorio post mortem.

Meritò id suadebat hæc Sancta, tum quia fundatum est hoc eius Monitum in Canone Concilij Tridentini supra citato; tum quia hoc ipsum docuit S. Gregorius Papa: *Audenter dico, quia saluari hostiâ post mortem non indigemus, si ante mortem Deo ipsi hostiâ fuerimus.* Qui autem feruenter Deo seruiens singula opera offert, Deo perpetua est hostia, tanto magis, si nil in Religione pro se eligat, nihil detrectet, sed se planè voluntati Dei in manibus eius Vicariorum resignet, & quasi donet, paratus omnia facere quæ iubebitur, non dolens si non promoveatur, si degradetur, si nihili fiat, si postponatur aliis. Quia, ut Christus Dominus dixit S. Brigittæ, *Qui propriam voluntatem relinquit mihi Deo suo,*

obediens mihi, habebit cælum sine penâ. Hoc ipsum aliis verbis edocta fuit B. M. Magdalena de Pazzis, teste Puccino eius Cofessorio. Cum enim à Christo Domino in raptu petisset, quæ preparatio esset adhibenda, ad euadendas purgatorij penas, dixit altâ voce: *Oportet spoliari totaliter nobis ipsis, & vestiari te, ô Domine mi, oportet ambulare cum purâ, mundâ, & sincerâ intentione: Et va illis, qui habent aliam intentionem, quàm seruiendi tibi & honorandi te.*

Est autem tanti momenti pura & defecata intentio, quæ adhibetur in operibus ad Dei laudem & gloriam relatis, ut etiam actiones naturâ suâ indifferentes, & ad proprium commodum corporis nostri honestum spectantes, si offerantur ad laudem Dei, adferunt leuamen penarum purgatorij. Extat huius rei confirmatio in gestis S. Gertrudis Virginis, in quibus narratur apparitio cuiusdam Hermanni Laici existentis in purgatorio, qui dixit inter alia leuamina penarum purgatorij fuisse etiam hæc, quando intercessores eius, omne quod agebant, per bonam intentionem dirigebant ad laudem Dei: ut est, laborare, & etiam comedere & dormire, & similia. Hæc sunt verba formalia in illo libro (ut ibidem scribitur) ab ipso Domino approbato, & laudato, & iubente ut vulgaretur.

Quintò, Actus aliquis Heroicus, solet esse causa, ut intuitu ipsius, Deus præseruet aliquem à penis purgatorij, ob illum actum ex gratiâ eius factum, concedendo alia auxilia gratiæ ad beatè & feruenter in eius obsequio viuendam, & benè & feruenter operandum, quantum satis est iudicio Diuino, ut per illa opera satisfaciatur Deo pro peccatis à se commissis, aliquando verò etiam pro peccatis aliorum. Diuersi enim sunt honorum operum actus, qui penas purgatorij vel minuunt, vel prorsus totaliter tollunt. Recensebo hic aliquot: Insigne refert exemplum huius rei Seraphinus Razius, & ex eo nosser Daurouitiis, quemdam Nobilem Florentinum, occisori sui fratris germani ad genna sua procidenti, veniamque petenti pepercisse, sequenti autem nocte Christum vidisse dicentem: *Quoniam heri amore mei condonasti inimico tuo, noueris, me animam fratris occisi, hac hora è purgatorio liberasse, & insuper animam patris tui ex eadem penâ exemisse, & ambos mecum duxisse ad gloriam caelestem: Te quoque inuito in octauum diem, ut relicta huius mundi miseria, possis gloria mea frui. Et sic factum est: nam octauo post die, benè præparatus, sanctè quiescit.*

Scribit Thomas Cantipratanus, S. Bernardum vidisse alicubi quendam Religiosum in messe strenuè laborantem, & Spiritus sancti afflatu coram aliis ei prædixisse: *Eia frater, age quod agis, nullum aliud post hanc vitam purgatorium sustinebis.*

Confirmatur hoc ipsum præclaro exemplo, Anno quod legimus in Annuis litteris Societatis Provinciae Aragoniæ, fuisse in Domo Professâ Valenti-

ad que-
tion. 5.
2. p. Vir
cap. 13.

1. 5. c. 151
infra. dia.
pier.

1. 2. c. 106.
1. 3. c. 64.
1. 4. c. 166.
1. 5. c. 333.
36.
150.

151.
sin Hort.
exempl.
tit. de dilect. inima.
Dan. c. 2.
cat. hist.
tit. 25. Ex-
emp. 12.

152.
1. 2. Apd,
cap. 5.

1606. 120.
120.

lentinâ Patrem Michaelē à Fontibus Valentinum, anno 1606. mortuum, (cum 37. annis Professus fuisset, & ex his 20. annos in India transegiſſet) peditem itinera obiuiſſe, etiam 50. leucarum dum eſſet ſexagenarius. Cùm autem in India aliquando ex laboribus conſternatus iaceret, apparuit ei Beatiffima Virgo, bono illum animo eſſe iubens: ob hos enim labores à purgatorio liberum fore, rectâque ad cælum poſt mortem iturum.

Cùm S. Gertrudis vidiffet quandam animam in purgatorio, que communibus ſuffragiis Eccleſie iuuari non poterat, ob quoddam impedimentum (quod ſuprà relatum eſt) petiit à Domino, eam ut doceret, quibus orationibus poſſet obtinere, ut anima cuiuſlibet defuncti liberetur ab hoc terribili pondere, quod eſt impedimentum ſuffragiorum Eccleſie. Dominus reſpondit, per talem effectum amoris, qualem tu in hac horâ ſenſiſti, non per orationes. Et ſicut hoc nullus homo per ſe poſſet habere niſi ego dederim, ſic etiam tale auxilium nulli anime præſtari poſſe poſt mortem, niſi qua ſpeciali gratia hoc promeruerit in hac vitâ. Scias tamen, hoc ipſum intolerabile grauamen proceſſu temporis releuari quibuſlibet orationibus ſue laboribus amicorum, ſideli mentione peractis. Et ita citius vel tardius liberentur, ſecundùm quod conatus fidelium, pro eis affectuoſiori inſtat deuotionis: & ſecundùm etiam, quod in hac vitâ promeruerunt.

153.
1.1.c. 12.
23. Iunij

f. paruo
12.

De B. Maria Oigniaccenſi ſcribit Iacobus de Vitriaco Epicoſopus & Cardinalis, eam quodam tempore à feſto Sanctæ Crucis uſque ad Paſchæ Dominum, ne vnum quidem verbum locutam eſſe, idq; ad eum gratum fuiſſe Domino, ut ex Spiritu ſancti reuelatione didicerit, eo vel maximè ſe id impetraſſe, quod citra purgatorij panas migraret ad cælum. Nam, ut ait S. Bernardus, In hydria ſilentij purificamur à peccatis, qua verboſitate, (& aliis modis) contrahimus. Sanè ex Vitis Sanctorum impreſſis apparet, omnes illos, quicunq; in adultâ ætate leguntur rectâ fuiſſe ad cælum ſine purgatorio, eos inſignem aliquem & planè heroicum actum edidiſſe, præſertim coniunctum cum magnâ vel ſenſuum mortificatione, vel animi per toleratas æquo animo magnas iniurias, & perſecutiones, & conſuſionem, & contemptum ſui: quod certè ingenuis hominibus & honeſto loco natis toleratu multo difficilius eſt, quàm ferro caput amputandum exponere, & tale ſubire martyrium, cuius beneficio euaduntur pœnæ purgatorij, ſi quis ita moreretur ſine vilo affectu ad vllum peccatum.

CAPVT DVODECIMVM.

Armandus animus ad Cruces, poſt Octiduanam Recollectionem ſerendas.

154.
2. Tim. 3.
12.

Quoniam omnes qui piè volunt viuere in Chriſto Jeſu perſecutionem patientur, vti præmonet

Apoſtolus, idè ſi poſt finitam Recollectionem tuam, viuere incipis meliùs quàm antea, perſecutionem patientis, & quidem maiorem ad hominibus, quàm à dæmonibus. A dæmonibus l. 4. Rem quidem, vti S. Brigittæ reuelatum fuit, duobus cap. 79. modis. Primò quia ſummè deſiderant ut ipſum nouum ſeruum Dei (renouatum ſcilicet in Exercitiis vel alio tempore) reciduum faciant ad peccata. Qui ſi hoc nequiverint, tunc ipſi dæmones ad hoc ſolliciti è laborant, ut irrationabiliter & indiſcretè ille ſua bona opera perſiciat, ſcilicet in vigilando, vel abſtinentias indiſcretè faciendo, ut ſic eius vires citius euacuentur, & in Diuinis laboribus ſic infirmior. Homines verò dupliciter eos damnare, ſeu nocere conantur ſpiritualiter. Primò namque verbis ſuis vituperant eos. Secundò, etiam ſi poſſunt libenter eos operibus ſuis moleſtari, ut ſic eos ſibi in vitâ & actibus ſimiles faciant, retrahendo eos à bonis inceptis. Sed homo Dei ſic nouiter conuerſus ad vitam ſpiritualē, iſtos tales malignos homines, optime vincere poſſe, ſi contra verba ſibi contraria patientiam habuerit, & ſi tunc frequentius & ſeruentius bona opera ſpiritualia & Diuina ipſi videntibus exercuerit. Sic etiam præmonuit multò antè S. Augustinus: Quisq; ſublimia illa præcepta implere voluerit, incidit in quorundam ſacrilègæm dicacitatem, & ab eis qui ſanari nolunt, vocatur inſanus. Et ſapè ne hoc vocetur à deſperatis hominibus, trepidat facere & diſſert, quod omnium fideliffimus & potentiffimus medicus imperauit. Et vti alibi dixit: Quomodo inter paganos qui fuerit Chriſtianus, à pagano audit verba aſpera, quibus ſi erubuerit, cadit in muſcipulam venantium: ſic inter Chriſtianos qui voluerint eſſe diligentiores & meliores, ab ipſis Chriſtians audituri ſunt inſultationes dicentium: Tu magnus, tu miſtus, tu es Helius, tu es Petrus, tu de cælo veniſti. Inſultant quocunq; ſe verteris, audit hinc atque inde verbum aſperum. Quòd ſi timer, recedis à viâ Chriſti Dei, cadit in laqueos venantium. Idè ne ſuccumbas perſecutionibus ob meliorem viuendi modum (ſi contra te exſurgerent) quam diu te ſenties debilem in eis portandis, his motibus te erigere & excitare poteris, quæ ſuppeditant ſancti multa propter iuſtitiam paſſi.

Primò, ammet te pro futuris perſecutionibus præmonito ſæpius data à Spiritu ſancto: Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad temptationem. Et, Si mundus vos odit, ſitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo eſſetis, mundus quod ſuum eſt diligeret, quia verò de mundo non eſtis, propterea odit vos mundus. Memento ſermonis mei, quem ego dixi vobis: Non eſt ſeruus maior Domino ſuo: ſi me perſecuti ſunt, & vos perſequentur. Et, Abſque Synagogis faciem vos (id eſt fugient vos, non libenter vos admittent ad conuerſationē ſuam) Planè hoc expecta quod Eccleſiaſticus prædixit: Scito quod in medio laqueorum pertranſis. Quid eſt, inquit, S. Augustinus, in medio laqueorum: In viâ Chriſti, & hinc laquei & hinc laquei: laquei à dextris, laquei à ſiniſtris, laquei à dextris, proſperitas ſæculi, laquei à ſiniſtris, aduerſitas ſæculi.